



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VIII. Item venditio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

persona , quæ contra hanc pre-
cariam aliquam calumniam vel repe-
titionem, aut contemptum genera-
re præsumperit, illud quod repetit
non vindicet , & insuper contra cui
litem intulerit solidos C. compon-
nat. Et hæc precaria, quamuis per
diuersorum annorum curricula à
me fuisset possessa, nullum præaudi-
cium vobis præparetur, sed ita fir-
ma permaneat, quasi per quinquen-
nium fuerit renouata, cum stipula-
tione subnixa , omnique tempore
inuiolata permaneat.

VIII. ITEM VENDITIO.

MAgislico fratri ego ille. Cò-
stat me tibi vendidisse, & ita
vendidi infra terminum sancti il-
lius, in loco nuncupante illo, cam-
pum, vel vineam, iuris mei, haben-
tem aripennos tantos. Est quidem
de vno latere & fronte terra illius,

V iii

de alio latere & fronte terra illius;
vnde accepi à te pretium , in quod
mihi bene complacuit valens sol-
tantos, ita vt ab hodierna die quic-
quid de supradicta re facere volue-
ris liberam habeas potestatem, sal-
uo iure ipsius sancti. Et si fuerit, aut
ego ipse aut ullus de heredib. meis,
vel quelibet persona, quæ cōtra hāc
venditionem aliquam calumniam,
vel repetitionem generare præsum-
pserit, contra cui litem intulerit sol.
xv. componat, & hæc venditio fir-
ma permaneat.

IX. VENDITIO DE SERVO.

Magnifico fratri illi , ego ille.
Constat me tibi vendidisse,
& ita vendidi seruum iuris mei no-
mine illum, non furem, non fugiti-
uum , sed sano corpore bonisque
moribus constructum. Vnde acce-
pi à te pretium , in quod mihi bene